



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 7. An movens aut inducens ad damnificandum, alteri restituere teneatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

restit. d. 1. q. 2. p. 11. Lay. l. 3. t. 4. c. 7. & infra l.  
 26. t. 4. c. 2. dub. 5. resp. 3.

## A D D E N D A.

- 21 *Q. 7. An movens aut inducens ad damnificandum alteri, restituere teneatur.* R. Teneri, hinc Inn. XI. damnavit hanc 39. prop. *Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati*: Notatque Carden. in 2. crisi d. 23. n. 130. illum dici movere qui mandat, consilium dat, consentit, adulatur, ideoque causa est, quod inferatur damnum, de quibus in seqq. dicetur: de illo autem, qui tantum exemplo suo movet ad damnum alteri inferendum aut cum alio concurrat ad damnum, videri possunt dicta p. 1. n. 1009. & seqq.
- 22 *Q. 8. Quid circa mandantem sit addendum.* R. Seqq:
- 23 §. 1. Mandans dicitur ille, qui de facto jubet, quamvis de jure careat potestate jubendi: quod si potestatem jubendi habeat & innuat se velle aut cupere, ut fiat, censetur jubere, hinc L. 1. ff. *mandati* dicitur, sive *rogo* sive *volo* sive *mando*, sive alio quocumque verbo scripserit, mandati actio est.
- 24 §. 2. Mandans tenetur etiam ad restitutionem damnorum, quæ causantur mandatario, id est illi, qui mandatum exequitur, nisi fortè aliter contraxisset cum illo, v. g. ut faceret pro certa mercede, ita cum aliis Laym. lib. 3. t. 2. c. 6. & t. 4. c. 26. à n. 3. & c. 27. n. 2. Ratio est, quia mandatarius sub illa conditione suscipiebat executionem mandati, ut mandans subiret onus, quia ipse erat tantum instrumentum mandantis.
- 25 §. 3. Si revocatio mandati non innotuit mandata-